

CARTA QUAM FECIT IOHANNES BONUS
FILIUS PETRI DE CLARISSIMO DE
TERRA QUE EST IUXTA ECCLESIAM
SANCTI IOHANNIS IN MONTE UBI
CLAUSTRA EST EDIFICATA.

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo octavodecimo, quarto kalendas septembris, indictione undecima. Iohannes Bonus | filius Petri de Clarissimo fecit cartam proprietatis ecclesie Sancti Victoris in persona Petri presbiteri prioris | eiusdem ecclesie et eius fratribus hac successoribus de pecia una terre cum ingambatoria sua que est posita | iuxta ecclesia Sancti Iohannis in Monte, ab uno latere cimiterium predictae ecclesie perticas octo et pedem unum | et ab inferiori latere iuxta ingambatoriam perticas octo et pedes sex et semissum et ab uno capite | iuxta viam Azolini de Alberto perticas tres et pedes septem et semissum et ab alio capite possidente venditore | perticas quattuor et pedes quattuor; et ingambatoria iuxta supradicta terra perticas .iiii. et pedes .iii. | et ab inferiori latere iuxta venditorem perticas quattuor et tres semissos et ab uno capite possidente Azolino de Alberto | perticas tres et mediam et ab alio capite possidente Zambono perticas .iiii. et pedes .iii. Et promisit eam auctorizare | et defensare et si non fecerit promisit se daturum viginti libras denariorum lucensium. Albertus presbiter Sancti Mathei | et Atto presbiter et Henricus presbiter et Rusticus de Corbulo et Petrus et Zambonus filii Petri de Carondo sunt testes. Bonandus tabellio rogatus fuit ad scribendum.

S. Giovanni in Monte 1/1341 n. 37:

✠ In nomine Domini. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo centesimo octavodecimo, imperante Henrico quarto | anno octavo, quarto kalendas septembris, indictione undecima. Et ideo in Dei nomine ego quidem Iohannes Bonus | filius Petri de Clarissimo hoc vendicionis instrumento presenti die do et vendo tibi domno Petro venerabili, presbitero | et priori ecclesie Sancti Victoris tuisque fratribus et successoribus peciam unam terre cum ingambatoria sua posita iuxta ecclesiam | Sancti Iohannis in Monte, cum ingressu et egressu suo usque in via publica vel cum omnibus super se et infra se habentem in solidum, a perticas decipedas mensurata esse videtur, a superiori latere iuxta cimiterium predictae ecclesie sunt perticas | octo et pedes unum, ab inferiori iuxta ingambaturiam habet perticas octo et pedes sex et semissum, ab uno nempe capite iuxta | viam Azolini de Alberto continet perticas tres et pedes septem et semissum, ab alio utique capite iuxta suprascriptum venditorem recipit | perticas quattuor et pedes quattuor; et ipsa ingambatoria de superiori latere iuxta suprascriptam terram capit perticas quattuor et pedes tres, | ab inferiori iuxta suprascriptum venditorem consistit perticas quattuor et tres sumissos, ab uno capite iuxta suprascriptum Azolinum de Alberto amplectit perticas tres et

mediam, ab alio utique capite iuxta suprascriptum Iohannem Bonum sunt perticas | quattuor et pedes quattuor et si qui alii affines sunt in presenti die do et vendo sicut habeo et teneo | predicta pecia terra tibi suprascripto emptori tuisque fratribus et successoribus ad habendum, tenendum et in perpetuum vestro nomine | deinceps possidendum, proprium in perpetuum, si est, et si non est, conditicia salva domino ratione et ex ea liceat vobis renovare et obtinere <a> dominacione cuius ius est. Et ut nullum ius nullamque accionem ego | vel mei heredes contra te prememoratum emptorem neque contra tuos fratres et successores aliquam molestiam aut controversiam deinceps inferam, do tibi Albertum presbiterum Sancti Mathei qui corporalem | huius rei possessionem transferat et dominium. Alioquin si agere aut litigare exinde ex hac re ego vel | mei heredes presumpsero aut si defensionem legitimam contra agentem vobis non exhibuero, tunc | pene nomine libras viginti denariorum lucensium dare vobis et vestris fratribus et successoribus promitto et insuper hoc | vendicionis instrumentum semper intactum et incorruptum tenere spondeo. Actum in suprascriptam ecclesiam Sancti Iohannis | in Monte, indictione suprascripta.

Predictus Iohannes Bonus venditor hoc instrumentum vendicionis ut super legitur rogavit fieri.

Albertus presbiter Sancti Mathei investitor, Atto presbiter et Rusticus de Corbulo et Petrus | et Henricus presbiter et Iohannes Bonus germani

CARTA QUAM FECIT IOHANNES BONUS
FILIUS PETRI DE CLARISSIMO.

Anno millesimo centesimo vigesimo primo, decimo kalendas ianuarii, indictione quartadecima. Iohannes Bonus filius Petri | de Clarissimo fecit cartam pro anima sua et filiorum et parentum suorum ecclesie Sancti Iohannis in Monte in persona | Petri prioris eiusdem ecclesie et eius fratribus hac successoribus de uno sedio quod est ante claustrum predictae ecclesie | et unam viam per ambabus capitibus est pedes sex per longum a strada de Castillione usque ad portam predictae ecclesie. Fines predicti sedii ab uno latere *** et si auctorizare et defendere noluerit promisit nomine pene decem libras denariorum lucensium. Domnus Victor episcopus | et Lambertus presbiter sancte Bononiensis Ecclesie et Albertus presbiter Sancti Mathei et presbiter Albertus Sancti Columbani et Iohannes presbiter | de Murathelle cum fratribus eiusdem congregacionis et Azo Rodaldi et Rodulfus Guarini et Albertus | Crassus et Albericus frater eius et Aimericus de Aldia et Alberius de Castello, Enricus Rainerii, Aigo | de Iohanne de Aigo, Guido et Serzo germani sunt testes. Bonandus tabellio rogatus fuit ad scribendum.

fili Petri Carundi rogati sunt testes.
[Ego] Bonandus gratia Dei tabellio hoc instrumentum vendicionis ut super legitur firmavi et scripsi.

S. Giovanni in Monte 1/1341 n. 35:

✠ In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo vigesimo primo, imperante Enrico quarto anno undecimo, decimo kalendas ianuarii, indictione quartadecima. Et ideo | in Dei nomine ego quidem Iohannes Bonus filius Petri Clarissimi pro timore omnipotentis Dei et pro remedio et illuminario anime mee et filii et meorum parentum do et concedo in ecclesia Sancti | Iohannis in Monte et domno Petro Dei providencia presbitero et priori eiusdem ecclesie tuisque fratribus et successoribus sedium unum positum ante claustrum predictae ecclesie et viam unam, per ambabus capitibus sunt pedes | sex per longum a strada de Castillione usque ad portam predicti claustri intrandum et exiendum | cum carro, aliis vasculis, quocumque vobis oportum fuerit a predicta strada usque ad predictam portam, | a pede legitimo mensurato. Finis de suprascripto sedio ab uno latere iuxta ***, | alio latere iuxta ***, ab uno capite iuxta ***, | alio capite iuxta *** et si qui alii affines sut in presenti die do | et concedo ego suprascriptus Iohannes Bonus predictum sedium et suprascriptam viam tibi suprascripto priori tuisque fratribus et successoribus | ad habendum tenendum et possidendum et faciendum quicquid vobis placuerit. Do tibi Azonem de Rodaldo qui cor-

poraliter huius rei possessionem transferat et dominium; et ut nullum ius nullamque | actionem de predictis rebus contra te suprascriptum priorem neque contra tuos fratres et successores aliquam | molestiam aut controversiam deinceps inferam, alioquin si agere aut causare aut | litigare exinde ex hac re ego vel mei heredes presumpsero aut agentis consensum prebuerero vel si defensionem legitimam contra agentem vobis non exhibuero, tunc pene nomine libras decem denariorum lucensium dare vobis et vestris successoribus promitto et insuper hoc concessionis instrumentum semper | incorruptum tenere spondeo. Actum iuxta ecclesiam Sancti Iohannis, indictione suprascripta.

Predictus Iohannes Bonus hanc cartam concessionis ut super legitur rogavit fieri.

Domnus [Victor] episcopus, Capitaneus presbiter, Lambertus presbiter sancte Bononiensis Ecclesie, Albertus presbiter Sancti Mathei, Albertus presbiter Sancti Columbani, Iohannes presbiter a Muratelle cum fratribus eiusdem congregacioni | Azo de Rodaldo investitor, Rodulfus de Guarino, Albertus Crassus, Albricus frater eiusdem, | Aimericus de Aldia, Alberius de Castello, Enricus de Ragerio, Azo de Iohanne de Ugo, | Guido et Sergius germani rogati sunt testes.

Ego Bonandus tabellio hanc cartam concessionis ut super legitur firmavi et scripsi.

(c. 2)

CARTA QUAM FECIT IOHANNES BONUS
FILIUS PETRI DE CLARISSIMO.

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo octavo .x., quarto kalendas octubris, indictione undecima. Iohannes Bonus filius | Petri de Clarissimo et Albertus Crassus et Albericus frater eius atque Albertus Aginulfi et Ugo frater eius et | Azo filius Alberti de Clarissimo et Mainfredus Capellus atque Ricardus Alberti de Attone et | Guido filius Alberti de Guilgia necnon Guido et Arardo filii Rodulfi de Clarissimo hii omnes | fecerunt refutationem atque abrenunciacionem eius patronatus quem videbantur habere | aliqua ratione vel titulo de ecclesia Sancti Iohannis in Monte et de cimiterio in persona Petri presbiteri et | prioris eiusdem ecclesie et in persona domni Alberii presbiteri et eorum fratribus hac successoribus et si auctorizare et defensare noluerint promiserunt nomine pene unam libram auri, et hec refutacio sit firma. Domnus Amicus monachus | et Albertus presbiter et Atto presbiter et Adam filius Ade et Albertus Capellus sunt testes. | Bonandus notarius rogatus ad scribendum suscepit.

S. Giovanni in Monte, 1/1341 n. 38:

✠ In nomine Domini, Anno ab incarnatione eiusdem millesimo centesimo octavodecimo, imperante Henrico quarto anno octavo, | quarto kalendas octubris, indictione undecima. Nos quidem Iohannes Bonus filius Petri de Clarissimo et Albertus Crassus et | Albricus frater eius atque Albertus de Aginulfo et Ugo frater eius et Azo filius Alberti de Clarissimo et Mainfredus Capellus sitque Ricardus de Alberto de Atto et Guido filius | Alberti de Guillia necnon Guido et Arardus germani filii | Rodulfi de Clarissimo, nos omnes qui patroni dicemur refutamus atque renunciamus iuri nostro | quodcumque habere videmur aliqua ratione vel | occasione de ecclesia Sancti Iohannis in Monte cum cimiterio eius tibi domno Petro venerabili presbitero et priori eiusdem ecclesie et domno Alberio. Quam refutationem et renun|ciacionem suscepit predictus prior pro se suisque fratribus pre|sentibus et futuris in perpetuum, in honorem Dei et sancti Iohannis | et sancti Victoris. Ita tamen ut nullam litem nullamque | controversiam exinde inferent, set predictam refutationem et renun|ciacionem firmam et incorruptam <permanere> in perpetuum promiserunt, alioquin si agere aut cau|sare presumpserimus aut agentibus consenserimus aut per ullum litigium miserimus, tunc spondemus | pene nomine auri optimi libram unam dare vobis | et vestris successoribus et insuper hoc instrumentum refu-

ta|cionis et renunciacionis semper firmum et incorruptum tenere. Actum ante ecclesiam Sancti Iohannis in | dictione suprascripta.

Prelibati patrones hoc instrumentum refutationis ut super legitur | rogaverunt fieri.

Domnus Amicus monachus et Albertus presbiter et Ad[am] | filius Ade et Albertus Capellus interfuerunt et rogati sunt | testes.

Ego Bonandus gratia Dei tabellio hoc instrumentum renun|ciacionis et refutationis ut super legitur firmavi et scripsi

CARTA QUAM FECIT GUIDO QUI VOCATUR CUM OCULIS.

Anno millesimo centesimo vigesimo sexto, .x. kalendas marcii, indictione prima. Guido qui vocatur cum oculis, filius | Alberti de Guillia fecit cartam concessionis ecclesie Sancti Victoris in persona Rodulfi receptoris in vice Petri | presbiteri et prioris et eius fratribus hac successoribus de sua porcione case ubi ipse habitabat et promisit auctorizare et defensare sub pena .xx. solidorum lucensium. Actum in monte Sancti Iohannis. Petrus Carondi et Iohannes Bonus | frater eius et Martinus Mercurrii et Petrus filius eius et Arardus filius Rodulfi sunt testes. | Bonandus notarius rogatus ad scribendum suscepit.

CARTA QUAM FECIT ALBERTUS MAGISTER.

Anno .m.c. trigesimo nono, .iiii. idus novembris, indictione secunda. Cartam concessionis et vendicionis fecit | Albertus magister de quattuor clausibus terre in orto Iohannis Boni de Bambo | in persona domni Alberii prioris ecclesie Sancti Victoris et eius fratribus ac successoribus | et hoc sub pena .xxx. solidorum lucensium. Actum ***. Testis et investitor Araldinus | de Atto et Azolinus qui vocatur Malsino. Angnelus notarius hanc scripsit.

CARTA QUAM FECIT ZAMBONUS DE
BAMBO.

Anno .m.c. trigesimo nono, pridie kalendas marcii, indictione secunda. Iohannes de Bambo | pro se et pro

S. Giovanni in Monte 3/1343 n. 6:

✠ In nomine sancte ed individue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo trigesimo nono, mense fe-

Sigizo filio suo atque Gualfredo fecit cartam henfiteosin in persona Uboldini | qui vocatur Briga et Bone uxori eius et eorum heredibus de .iiii. clausibus terre in orto suo | iuxta filios Alesii et Petrum de Mazano, pensio .iiii. denariorum veneticorum, et hoc sub pena | .xxx. solidorum lucensium. Actum in burgo Bononie. Martinus de presbitero Petro et Guizolus et Ugo faber | et Ildebrandus faber et domnus Albertus presbiter et Petrus de Maiano rogati sunt testes. Angelus | notarius hanc ad scribendum suscepit et scripsit.

bruarii, indictione | secunda. Peticionibus emphiteocariis annuendo ego quidem Iohannes de Bambo pro me et pro Sigizo filio | meo atque Walfredus filius qui supra Iohannis Boni presenti die iure emphiteosin vendimus tibi Alberto magistro tuisque heredibus quattuor clausus orti nostri quod est in poio Sancti Iohannis in Monte, cum ingressu et egressu suo usque in via de Castellioni et cum omnibus super se et infra se habentem in integrum. Omnia ut prediximus | in presenti vendimus tibi prenominato emphiteocario tuisque heredibus ad habendum, tenendum ac possidendum | et quicquid tibi deinceps placuerit salvo iure domini facendum et post tui tertiam progeniem exactam aliud | emphiteosin instrumentum hoc ordine innovetur; et huius rei nomine nobis et nostris heredibus pensionis gratia | singulis annis denarios quattuor Venecie tu et tui heredes exhibeant. Nos vero predictam rem ab omni homine semper | legitime defendere et auctorizare tibi et tuis heredibus promittimus; et si nos vel nostri heredes | predicta omnia firmiter semper observare noluerimus, pene nomine viginti quattuor solidos lucensium dare tibi | et tuis heredibus promittimus et insuper hoc emphiteosin instrumentum ut supra legitur semper incorruptum tenere spondemus. Actum in burgo civitatis Bononie, indictione predicta.

Prenominati venditores hoc emphiteosin instrumentum ut supra legitur scribere rogaverunt.

Domnus Albertus presbiter, Martinus de presbitero Petro, Vuizolo,

Ugo faber rogati sunt testes.

Angelus his metris causidicus ista peregi, notarii signo subscribens more benigno.

CARTA QUAM FECIT TUSCA QUONDAM BRAGAZOLI CUM FILIIS SUIS.

Anno .m.c.xlii., xliii. kalendas octobris indictione .iiii. | Tuscana uxor quondam Bragazoli cum Donusdeo | et Bonus Iohannes filii eius propter solutionem pecunie quam debebat Scanabecco fecerunt | cartam vendicionis in persona presbiteri Alberti prepositi ecclesie Sancti Victoris receptori in vice domni | Henrici prioris eiusdem et pro eius fratribus ac successoribus, idest ex medietate unius tornaturie terre | vineate que est prope ecclesiam Sancti Iohannis, ab uno latere possidente Guinizo et ab alio venditoribus et ab | aliis lateribus terra Sancti Iohannis, et hoc sub pena dupli. Actum apud predictam ecclesiam. | Tebertus de Bono investitor et Petrus de Vithale et Martinus de Foscerado presbitero et Rodaldus filius eius sunt testes. | Gerardus notarius hanc cartam ad scribendum suscepit et scripsit.

(c. 4^b)

CARTA QUAM FECIT GANDULFUS DE SALA.

Anno millesimo centesimo .xxv. septimo idus februarii indictione tercia. Gandulfus filius Alberti de Michaele || (c. 5^a) fecit cartam proprietatis et conducticii pro anima sua ecclesie Sancti Victoris in persona Petri presbiteri et prioris eiusdem | ecclesie et fratribus hac successoribus de hoc quod sibi pertinebat quocumque modo vel titulo et de hoc quod habet in totam | curiam Sale que sunt novem pecie terre inter vineata et aratorie et busciva et pratum. Prima pecia in Antixano | se-

S. Giovanni in Monte

1/1341 n. 49:

in rogazione:

.vii. idus februarii indictione t[ercia]. Testibus domno Azo investitore et Ugo filius Iohannis] Bono magistro [et Grimaldo eiusdem discipulo et Ubaldu filius Ildebrandi de] Ava et Petrus de Bertta [de Geula. Cartam proprietatis et condictionis fecit] Gandulfus de Ariberto de Michaele de omnibus bonis suis] mobilibus vel im[mobilibus in nomine ecclesie Sancti Victoris seu] Petro prioris eiusdem ecclesie et eius fratrum et successorum quod sunt novem pecie terre] et

nell'istrumento:

✠ In nomine Domini. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo centesimo vigesimo quinto, imperante Enrico quarto anno quindodecimo, septimo idus februarii, indictione tercia. Et ideo quidem in Dei nomine Gandulfus filius Alberti de Michaele hoc instrumento proprietatis et condictionis dono et trado atque transfero pro anima mea in ecclesia Sancti Victoris et tibi domno Petro presbitero, Dei providencia priori eiusdem ecclesie tuisque fratribus et successoribus omnes res

cunda in Campolungo
tercia a Fracta quarta
in Riolo quinta ultra
fossatum novum sexta |
in Ronco de supra sep-
tima buschata ultra
fossa octava in Prato
de Cavecla nona in
Prato de | Sabloni.
Quod omne auctorizare
et defensare promisit
sub pena sexaginta so-
lidorum lucensium. Ac-
tum iuxta | ecclesia
Sancti Victoris, domnus
Azo investitor et Ugo
filius Iohannis Boni
magistri et Grimaldus |
eiusdem discipulus et
Bonusvicinus filius
Zamboni de Itto et U-
baldus filius Ildebran-
di de Ava | et Petrus
Berte de Gleula sunt
testes. Bonandus nota-
rius rogatus ad scri-
bendum suscepit et
scripsit.

sunt in curia Sale. Una
pecia est in [Antuxa-
no, alia pecia vineata
est] in Campolungo,
tercia a Frac[ta], quar-
ta pecia est [in Rio-
lo], quinta ultra fos-
satum novum, sexta in
Runco de super, septi-
ma [est] ultra la fos-
sa et est boscus, octa-
va Prato de Cavecla,
nona Prato de Sabloni.

meas mobiles vel in-
mobiles, terris et vi-
neis, casis et edificiis,
omnia et ex omnibus
que ego habeo et te-
neo et mea videntur es-
se infra totam curiam
Sale, quod sunt novem
pecie terre inter vinea-
tam et aratoriam et bo-
scivam et pratium. Pri-
ma pecia terre est in
Antuxano, alia pecia
terre vineate est in
Campolungo, terciā est
a Fracta, quarta pecia
est in Riolo, quinta pe-
cia est ultra fossatum
novum, sexta pecia est
[posita] in Runco de
sup[er], septima pecia
bosciva est posita in lo-
co [ultra la fossa, octa-
va est in Prato de Ca-
ve]cla, nona dicitur
Prato de Sabloni. Om-
nis [cum ingressibus et
egressibus earum usque
in vilas publicas vel
cum omnibus super ea-
rum et infra earum [ha-
bentes in integrum do-
nato et tra]do in pre-
dicta ecclesia et tibi
domno Petro presbite-
ro [tuisque fratribus et
successoribus ad] ha-
bendum, tenendum et
vestro nomine deinceps
possidendum et [quic-
quid vobis vestrisque
fratribus et successoribus
exinde] placuerit

faciendum, proprium in
perpetuum, conditio-
nium [salva iusticia
domnica per]solvenda
et ex ei[s] liceat vobis
renovare et obtinere et
pensionem [solvere] do-
minis cui iuris est. Et
ut nullum ius nullam-
que accusationem de
predicta re contra vos
[iam me]moratos recep-
tores neque contra ve-
stros successores ali-
quam molestiam aut
controversiam deinceps
inferamus, do tibi dom-
num Azonem qui cor-
poraliter huius rei pos-
sessionem transferat in
integrum. Alioquin, si a-
gere aut causare pre-
sumpsero aut agenti
consensum prebuerō vel
si defensionem legiti-
mam contra agentem
vobis non exhibuero,
tunc pene nomine soli-
dos sexaginta denario-
rum lucensium dare vo-
bis et vestris successo-
ribus promitto et insu-
per hoc instrumentum
proprietatis et condi-
tionis semper intactum
et incorruptum tenere
spondeo.

Actum iuxta eccle-
siam Sancti Victoris in-
dictione suprascripta.

Predictus Gandulfus
hoc instrumentum pro-
prietatis et conditionis,

ut super legitur, rogavit fieri.

Domnus Azo investitor, Ugo filius Iohannis Boni magistri et Grimaldus eiusdem <discipulus> et Bonusvicinus filius Iohannis Boni de Citto et Ubaldus filius Ildebrandi de Ava et Petrus de Berta de Gleula rogati sunt testes.

Ego Bonandus tabellio in Dei nomine hoc instrumentum proprietatis et conditionis ut super legitur firmavit et scripsi.

2.

ROGAZIONE PUBBLICATA E ISTRUMENTO

A)

1183 marzo 2, Bologna

Girardo priore di S. Maria di Reno dà in enfiteusi a Girardo di Accarisio, a suo fratello Guido e a un altro suo fratello una casa nel borgo di S. Giuseppe.

S. Salvatore, 25/2472 n. 11.

Cf. dietro, appendice V, n. 7. Si ripete il documento, ponendo a raffronto le singole formule con quelle dell'istrumento B), senza tener conto del loro ordine nel documento originale.

B)

1192 gennaio 20, Bologna

Rodolfo priore di S. Vittore e S. Giovanni in Monte dà in enfiteusi a Rustico da Maiano un terzo di due terre arative e boschive in Maiano.

S. Giovanni in Monte 10/1350 n. 11.

Ed. CENCETTI in *Chartularium Studii Bononiensis*, vol. XII, cit., n. 72, p. 81 sg.

Si ripete qui l'edizione, ponendo a raffronto le singole formule con quelle della rogazione pubblicata A).

A)

Anno Domini .M.C.LXXXIII. secundo die intrante mensis marci indicatione prima

donnus Girardus prior Sancte Marie de Reno, presentibus et consentientibus fratribus suis, scilicet donno pre Ugo et donno Lanfranco et donno Petro presbitero et donno Rodolfo de Pontecelo et donno Ugo Vedrane et donno Oderico et Tigrimuço et Girardo de Galictano et donno Michaeli et Enrico.

cartam venditionis iure emphiteosin fecit... in persona Girardi de Accarisio et Guidoni et alio suo fratri et eorum heredum

de casa sua quam habet in burgo Sancti Ioseph

pro pretio .iiii. librarum pisanorum .iiii. solidis minus

B)

✠ In nomine sancte et individue Trinitatis.

Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo nonagesimo secundo, imperante Henrico imperatore quondam Frederici imperatoris filio, anno regni eius septimo, imperii vero secundo, .xiii. kalendas februarii, indicatione .x.

Petitionibus emphiteotecariis annuendo, ego quidem domnus Rodulfus prior Sancti Victoris et Sancti Iohannis cum presbitero Guidone

hoc emphiteosin instrumento presentis die vendimus et concedimus tibi Rustico de Maiano tuisque heredibus

idest tertiam partem duarum petiarum terre aratorie et nemoris in Maiano prope domum tuam

pro pretio .x. solidorum bononinorum quos confitemur a vobis recepisse et solutum fuisse

cum ingressu suo usque in viam pu-

a mane est via publica, a sero et ab aquilone possident filii Guidonis de Rodulfo de Cuppa, a meridie possidet Guido Nasellus

(cartam venditionis iure emphiteotico fecit, v. supra).

usque in tertiam personam peractam et in quarta ad renovandum

et pensionis nomine singulis annis vos et vestri heredes sibi et suis successoribus in kalendis marci unum veronensem exhibeat

sub pena et legitima defensione.

blicam et cum omnibus super se et infra se habentem in integrum.

Cuius vero confines sunt huiusmodi: a mane possident filii Iohannis Gubernati, a sero emptor, a meridie et ab aquilone possidet Michael et Guido de Munzone et Rambertinus et si qui alii confines sunt, infra predictos vero confines tertiam partem in integrum omnium que ibi continentur

in presenti vendimus et concedimus tibi prenominato emphiteotecario tuisque heredibus ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid tibi et tuis heredibus placuerit salvo iure domini facendum

usque in tui tertiam personam peractam et post tui tertiam peractam personam huiusmodi emphiteosin instrumentum hoc modo innovetur.

Et huius rei nomine nobis et nostris fratribus et successoribus liceat tibi et tuis heredibus singulis quibusque indictionibus in mense marci denarium unum veronensem exhibere

et in tempore renovationis duos denarios boloninosolvere.

Nos vero ab omni quoque homine prescriptam rem semper legitime defendere et auctorizare tibi et tuis heredibus promittimus, et si nos vel nostri fratres et successores predicta firmiter semper observare noluerimus et hanc emphiteosin modo quolibet infringere temptaverimus, pene nomine .xx. solidos bononinorum tibi emphiteotecario tuisque heredibus dare promittimus et insuper hoc emphiteosin instrumentum ut supra legitur omni tempore incorruptum tenere spondimus.

Actum in clostro Sancti Salvatoris indictione predicta .iiii.

et iussit eis sua auctoritate in possessionem intrare

Testes Ugo Tracotese et Rolandus de Turclo, Landulfus de Ouro, Albertinus Miliacus, Arrardinus de Gislerius, Bernardus de Scasi,

Ego Girardus notarius scripsi subscripsi.

(Apara eodem modo debet esse facta).

Actum apud ecclesiam Sancti Iohannis in Monte, indictione predicta.

Prenominatus prior cum presbitero Guidone hoc emphiteosin instrumentum ut supra legitur scribere rogaverunt

et preceperunt ei ut sua auctoritate in possessionem intraret.

Tebertinus magister, Vivianus magister et Ubaldinus de Maiano rogati sunt testes.

(S.T.) Romane legis ego Guido tabellio regis hoc instrumentum scripsi ceu cetera centum.

3.

DAL PROTOCOLLO DI MANFREDI DA SALA

Archivio di Stato, Archivio notarile.

Il notaio Manfredi di Enrichetto di Manfredi da Sala fu iscritto nella matricola dei notai bolognesi nel 1242 (Arch. Stato di Bologna, Compagnia dei Notai, matricola, c. 5b). Di lui ci sono pervenuti tre quaderni di rogazioni, membranacei, del formato di cm. 22 x 36, portanti rispettivamente nel margine superiore del primo foglio l'annotazione « *secundus quaternus rogationum magni voluminis* », « *tertius quaternus magni voluminis* »; « *quartus quaternus rogationum magni voluminis* », cartulati modernamente a matita da 1 a 20 e da poco ricollocati al loro posto, mentre in antico erano stati per errore inseriti nel libro B delle Riformazioni del Comune, ove ebbero, nel secolo XVII, cartulazione da 481 a 500 (e cioè, essendo stati i fogli inseriti in disordine: 500, 484, 485, 486, 487, 495, 483, [481], 496, 497, 498, 499, [484], 488, 491, 490, 492, 493, 489, 494). Il primo quaderno, che comprende 91 documenti, dal 20 agosto 1252 al 10 marzo 1253 è oggi ternione, ma probabilmente manca il secondo foglio, come si desume dalla lacuna fra il 23 agosto e il 1 settembre 1252 alle cc. 1-2 e fra il 20 dicembre 1252 e l'8 febbraio 1253 alle cc. 5-6, lacuna che non corrisponde a una sospensione dell'attività notarile perché comprende l'annotazione del mutamento di anno, sempre registrato da Manfredi. La carta 5 era rimasta bianca nella metà inferiore, utilizzata poi nella seconda metà del secolo XVIII per inserirvi due falsificazioni, cf. E. DUPRÉ, *Due note su Brancaleone degli Andalò*, negli « Atti e Memorie » della Deputazione di Storia Patria per le provincie di Romagna, n.s., VI (1954-55), p. 31 sgg., con facs. contro p. 32. Il secondo

quaderno comprende 131 atti dall'11 marzo 1253 al 17 gennaio 1254 e manca del foglio centrale; l'ultima carta è bianca nella metà inferiore del *recto* mentre al principio del *verso* è l'intestazione per il cambiamento dell'anno. Il terzo quaderno, di cinque fogli (manca il terzo), comprende 102 imbreviature, dal 21 gennaio 1254 al 3 settembre del medesimo anno: dalla prima carta di esso togliamo i documenti che seguono. Si noti la solennità dell'intestazione, che riproduce quella del 1252 (c. 1) e quella, pure del 1254, a c. 12.

Del medesimo Manfredi ci sono altresì pervenuti 8 quaderni di un registro d'imbreviature, contenenti atti dal 19 gennaio 1264 a tutto il 1266 (erano originariamente 9, ma ora manca il settimo), due quaderni del 1268 e uno del 1269.

Quartus quaternus rogationum magni voluminis.

(S.T.) In Christi nomine amen. Anno eiusdem millesimo ducesimo quinquagesimo quarto, indictione duodecima. Hec sunt rogationes facte per me Manfredum Henrigitti de Sala notarii tempore d. Uberti de Ugine potestatis Bononie et tempore domini apostolici Innocentii pape et Ecclesia discorde existente cum Frederico condam in imperatore et tempore domini regis Hentii sive Henrici filii condam d. Frederici imperatoris Bononie super palatium Comunis in compedibus et in carceribus commorante et tempore d. Branchaleonis de Andalonis nunc existente senatore Romanorum et urbis Rome.

PREYTE IOHANNIS DE BAGNO.

Solvit .vi. bon.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem millesimo ducesimo quinquagesimo quarto, indictione duodecima, die decima exeunte mensis ianuarii. Gerardus qui dicitur Nigarosus, qui habitat ad stradellam de Sala promisit per se suosque heredes per stipulationis pacto dare et solvere Preyte filio Iohannini de Bagno stipulanti etcetera viginti octo sol, bon, in foro Sancti Proculi mensis mai proxime accessuri etcetera pro pretio duorum corbium frumenti quod sibi vendidit et dedit et mensuravit pro dicto pretio ut confessus est. Renuntians exceptioni non numerati et non venditi et non habiti et non percepti dicti frumenti et fori privilegio etcetera. Que omnia et singula etcetera, et dampna et expensas etcetera, et credere etcetera, sub pena dupli dicti precii etcetera. Actum Bononie in statione d. Iacobini de Taçio, presentibus Ubertino de Savignano nuntio comunis Bononie et Iohannino Rubeo de burgo Lamarum testibus de his vocatis et rogatis.

CARTA DOCTIS ROLANDINI DE ARCELE.

solvit .xii. den.

Die quinto exeunte mense ianuarii.

Gerardus Parmexanus filius condam Iohannis de Puteo qui moratur ad padulem Sale in domo domini Raynerii Biçoçii fuit confessus et contemptus se habuisse et recepisse nomine dotis et pro dote a Rolandino filio d. Abadini qui fuit de Argele .x. lib. bon. in rebus immobilibus extimatas, dante et solvente pro sorore sua d. Ayguaviva absente, extante matrimonio inter eos, quam sibi in matrimoniali fide copulavit, quas .x. lib. bon. promisit dictus Gerardus Parmexanus pro se suisque heredibus ipsi Rolandino stipulanti se restitutum et solutum omni exceptione remota iuris vel facti ipsi Rolandino vel ipsi d. Ayguavive vel eorum heredibus aut cui de iure debebunt restitui in eventum restituende doctis, sub pena dupli dicte doctis, qua soluta vel non dicta serventur, et sub obligatione suorum bonorum, renuncians exceptioni non datarum et non solutarum sibi atque habitaram dictarum .x. lib. bon. exceptioni et fori privilegio et omni alii legum et iuris auxilio.

Actum in comitatu Bononie ad padulem Sale, in ecclesia S. Marie de padule Sale, presentibus d. Rolandino Veclo, Ventura Guigardini, Iohanne Gasdie, Cambio eius fratre, Petriçolo Noti, Fredolino Orsovatii et Rolandino Scaglato, omnibus de dicta terra, testibus rogatis et vocatis.

ROLANDINO, *Summa*, ed. Giuntina 1546, c. 74:

Damianus fuit contentus et confessus se habuisse et recepisse ac sibi integre datas, solutas et traditas esse a d. Franceschina eius sponsa et uxore in dotem et nomine dotis .cc. et decem lib. bon. hoc modo, scilicet .cl. lib. bon. in una petia terre aratorie posita in curia Sancti Rophilli estimata ipsa quantitate .c. lib. bon., quam petiam terre dicta d. Franceschina ipsi Damiano estimatam ut dictum est tradidit ut patet in istrumento scripto manu mei notarii suprascripti, reliquas vero .lx. lib. in pecunia et rebus mobilibus estimatas, exceptioni sibi non date et non solute et non tradite quantitatis pecunie et rerum mobilium sive dotis omnia renuncians, necnon promittens per se et suos heredes dicte d. Franceschine pro se et suis heredibus stipulanti solvere et dare ac restituere eidem aut eius heredibus sive cui ius et casus dederit ipsas .cc. lib. bon. in omnem casum et eventum restituende dotis, restituendo predictam dicte petie terre estimationem aut ipsam petiam terre, si tunc temporis penes eum vel eius heredes fuerit, ita tamen quod in optione sit ipsius d. Franceschine vel eius heredum sive illius cui de iure restituenda fuerit dos predicta, recipere alterum quod maluerit predictorum, estimationem videlicet sive terram. Sub pena dupli dicte quantitatis pecunie stipulatione promissa, qua soluta vel non predicta omnia et singula firma perdurent. Item refi-

PREYTE QUALINI DE BAGNO.
non solvit.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, indictione duodecima, die primo intrante mensis februarii. Agolinus filius condam Iacobini Capucçii de burgo Lamarum vendidit et tradidit Preyte filio Iohannini Quaylini portatoris qui fuit de Bagno domum unam sitam in burgo Lamarum de subtu Navilem supra terrenum Sancti Felicis, cum omnibus claudendis undique positis de muris de terra, exceptis anbabus claudendis que sunt in caminata a latere de ante, que sunt de conviciis suis; a mane cuius currit via publica, desuper possidet venditor, a sero est brayna Sancti Felicis et de subtu possidet Iohannes Petriçoli de Ceula, vel si qui alii sint ei confines, ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid sibi et suis heredibus deinceps placuerit faciendum, cum edificio toto, cum superioribus et inferioribus finibus predictis vel si qui alii sint et accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et cum omnibus et singulis super se, infra seu iuxta se habentem in integrum et cum omni iure et actione et usu seu requisitione sibi ex ea vel pro ea re aliquo modo pertinente sive spectante. Pro pretio .x. lib. et .x. sol. bon., quod precium totum coram me notario et testibus infrascriptis ei dedit et sol-

cere et restituere sibi omnia et singula damna et expensas ac interesse litis et extra. Pro quibus omnibus firmiter observandis obligavit ei omnia sua bona.

ROLANDINO, *Summa*, ed. cit., c. 8
sgg.:

Antonius dedit, vendidit et tradidit iure proprio in perpetuum Corrado pro se et suis heredibus recipienti et ementi peciam unam terre aratorie positam in pertinentiis Sancti Rophilli in loco qui dicitur Rivus, quam esse dixit et convenit .x. tornaturarum et eiusdem tales etcetera, ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid ei et suis heredibus deinceps placuerit faciendum cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines, vel alios, si qui forent, accessibus et egressibus suis usque in vias publicas et cum omnibus et singulis que habet super se vel infra se in integrum, omnique iure et actione, usu seu requisitione sibi ex ea vel pro ea re aut ipsi rei modo aliquo pertinente, pro pretio .x. lib. bon. pro qualibet tornatura, quod capit in summa centum lib. bon., quod pretium dictus venditor confessus et contentus fuit se ab ipso emptore habuisse et recepisse ac sibi integre datum, solum et numeratum esse, exceptioni sibi non dati, non soluti et non numerati pretii et omni alii iuris auxilio omnino renuncians. Quam rem idem venditor se dicti emptoris nomine constituit possidere donec ipsius rei possessionem acceperit corporalem, quam accipien-

vit. Renuncians exceptioni non numerati et non soluti sibi dicti precii exceptioni et omni alii legum et iuris auxilio. Quam rem se eius nomine constituit possidere donec corporalem huius rei acceperit possessionem, quam accipiendi et retinendi sua auctoritate deinceps licentiam omnimodam sibi contulit atque dedit. Promittens dictus venditor per se suosque heredes ipsi emptori per se suisque heredibus stipulanti litem nec controversiam movere sed dictam rem venditam ab omni homine et universitate et persona et collegio legitime defendere ei et eius heredibus et cui dederit auctorizare atque disbrigare, salvo iure ecclesie Sancti Felicis omneque dampnum et expensas litis reficere que et quas fecerit vel sustinuerit pro predictis nec contra predicta vel aliquod predictorum per se vel alium aliquando facere vel venire occasione minoris pretii nec alia quacumque ratione vel occasione contravenire sub pena dupli et extimatione dicte rey ut pro tempore plus valuerit, et ea soluta vel non dicta semper firma sint et rata et obligatione suorum bonorum.

Et insuper iuravit idem Agolinus venditor corporaliter predicta omnia et singula firma et rata perpetuo habere atque tenere nec restitutionem in integrum petere de predictis ratione minoris etatis vel minoris pretii vel non sibi soluti vel non in utilitatem suam conversi vel non durantis nec alia quacumque ratione vel occasione contravenire.

di sua auctoritate et retinendi deinceps ei licentiam omnimodam dedit. Promittens per se et suos heredes dicto emptori pro se et suis heredibus stipulanti litem vel controversiam ei vel suis heredibus de dicta re seu parte ipsius aliquo tempore non inferre nec inferenti consentire sed ipsam rem venditam tam in proprietate quam in possessione ei et suis heredibus ab omni homine et universitate legitime defendere, authorizare et desbrigare et predictam venditionem et omnia et singula suprascripta perpetuo firma et rata habere et tenere et non contrafacere vel venire per se vel alium aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto, sub pena dupli estimationis dicte rei, habita ratione meliorationis que pro tempore fuerit, stipulatione premissa, qua soluta vel non, predicta omnia et singula firma perdurent. Item reficere et restituere sibi omnia et singula damna et expensas ac interesse litis vel extra. Pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis obligavit omnia sua bona tam habita quam habenda.

ROLANDINO, *Summa*, ed. cit., c. 54:

Insuper dictus Michael, quia minor erat .xxv. annis, maior tamen .xliii., iuravit corporaliter ad sancta Dei Evangila predicta omnia et singula perpetuo firma et rata habere et tenere et non contra facere vel venire occasione minoris etatis vel minoris pretii sive non participati pretii aut in utilitatem suam non conversi vel non durantis sive alia quacumque ratione vel causa.

Preterea d. Grexa ipsius venditoris uxor eidem venditioni consensit et renuntiavit et penitus remisit omni suo iuri ypothecarum et cuilibet alii iuri et actioni quod et quam habebat vel habere poterat in dicta re vendita occasione dotis sue vel alia quacumque, promittens pro se suisque heredibus ipsi emptori pro se suisque heredibus stipulanti non contrafacere vel venire sub pena dupli et extimatione dicte rei, et ea soluta vel non dicta semper rata sint et firma de iure ypothecarum, quod scit a me notario cerciorata de dictis beneficiis quid sint, etcetera.

Ad hec d. Ynghelese soror dicti venditoris predictae venditioni consensit et renuntiavit et penitus remisit omni suo iuri quod habere posset in dicta re vendita aliqua ratione vel occasione, promittens pro se suisque heredibus ipsi emptori pro se suisque heredibus stipulanti non contrafacere vel venire sub pena predicta et ea soluta vel non dicta servare et obligatione suorum bonorum

Ibid., c. 47:

Ad hec d. Maria uxor dicti Antonii venditoris predictis omnibus presens dicte venditioni consensit, et certificata per me R. notarium infrascriptum dictam rem venditam pro suis sibi fore dotibus obligatam, renunciavit omni suo iuri ypothecarum et cuilibet alii quod habebat et habere poterat in dicta re vendita occasione dotium suarum vel alia quacumque causa, idem ius ipsi emptori pacto remittens, et promittens eidem pro se et suis heredibus stipulanti predicta omnia et singula perpetuo firma et rata habere et tenere et non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa de iure vel de facto, sub pena .c. librarum bononiarum stipulatione promissa et refectione damnorum et expensarum litis et extra et obligatione omnium bonorum suorum, et pena soluta vel non, predicta omnia et singula firma perdurent.

Ibid., c. 51:

Ad hec d. Diamante soror ipsius venditoris et filia dicti d. Boetii, per Deum vivum verbotenus adiurans et asserens se maiorem esse, predictis omnibus presens dicte venditioni consensit, et certificata per me R. notarium infrascriptum dictam rem venditam sibi ex hereditate paterna seu ex institutione de se facta ab eodem patre suo in eius testamento obligatam esse, renunciavit omni iuri suo quod habebat vel habere poterat in dicta re vendita occasione dicte hereditatis et institutionis seu ipsius testamenti aut alicuius relictii in eo contenti vel alia

quacumque ratione vel causa, idem ius ipsi emptori pacto remittens et promittens eidem pro se et sui heredibus stipulanti, etc. ut supra.

Actum Bononie in burgo Lamarum sub porticu dicte domus, presentibus d. Cambio de Matesellanibus, Iohanne Corregola de burgo Lamarum, Iohanne q. Petrioli de Ceula et Andriolo q. Montanarii de burgo Lamarum testibus omnibus de his rogatis et vocatis.

FANTI DE SANCTI GEORGIO, ID EST DOTIS.

solvit de istis omnibus .ii. sol. usque in fine.

Die secundo intrante februarii.

Bonfantinus filius q. Laurentii de Sancto Petro in Casale, qui nunc moratur ad Sanctum Georgium fuit confessus et contentus in presentia mei notarii et infrascriptorum testium se habuisse et recepisse nomine dotis et pro dote a d. Hermilina uxore q. Bonmerchati Ugolini libras .xx. et .x. solidos bon. in rebus immobilibus et mobilibus extimatis, dante et solvente pro filia sua d. Pasqua quam sibi in matrimoniali federe copulavit, scilicet medietatem unius domus pro indiviso posite in burgo Laurentii Bononie iure proprio et ad proprium et in perpetuum, a meridie cuius possidet Henrigittus, desuper currit via publica, a sero Iacobinus de Sepo et subtus d. Bonifacius q. d. Castellani, ad habendum, tenendum etcetera et cum omnibus et singulis etcetera, et cum omni iure et actione et usu seu requisitione sibi ex ea vel pro ea re aliquo modo pertinente sive spectante, quam domum predictam extimaverunt .xii. libras et .x. solidos bon., renuntians non sibi date ex dicta causa exceptioni et Velleiano senatui consulto a me notario cerciorata et omni alii legum et iuris auxilio. Quam rem se eius nomine pro eo constituit possidere etcetera, promittens dicta domina Hermilina per se suosque heredes ipsi Bonfantino pro se suisque heredibus stipulanti etcetera. Quas .xx. libras et .x. solidos bon. promisit dictus Bonfantinus pro se suisque heredibus ipsi d. Hermiline pro se suisque heredibus stipulanti se restitutum et solutum omni exceptione remota iuris vel facti ipsi d. Hermiline vel d. Pasque predictae vel eorum heredibus aut cui de iure debebunt restitui in eventu restituende dotis sub pena dicte dotis, qua soluta vel non dicta servare et sub obligatione suorum bonorum, renuntians non habitatum et non numeratarum atque non solutarum sibi dictarum .xx. librarum et .xx. solidorum bon. exceptioni et fori privilegio et omni alii legum et iuris auxilio.

DOANTIO D. HERMILINE DE BURGO LAURENTII

Eadem die et ora et testibus

D. Cambius filius condam Benis pure, libere et simpliciter ac irrevocabiliter inter vivos iure proprio et ad proprium et in perpetuum donavit domine Hermiline sue sorori uxori condam Bonmercati Ugolini medietatem terreni pro indiviso unius domus posite in burgo Laurentii, a mane cuius possidet Henrigittus, desuper currit via publica, a sero possidet Iacobinus de Sepo et de subtus possidet d. Bonifatius condam d. Castellani, ad habendum, tenendum etcetera, cum superioribus et inferioribus finibus predictis etcetera et cum omnibus et singulis etcetera et cum omni iure et actione et usu seu requisitione sibi ex ea vel pro ea re aliquo modo pertinente sive spectante. Quam rem se eius nomine etcetera, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps sine aliqua repetendi lege licentiam omnimodam sibi contulit atque dedit. Promittens pro se suisque heredibus ipsi donatrici (sic) pro se suisque heredibus stipulanti hanc donationem liberaliter in eam collatam ratam et firmam semper habere atque tenere nec ei ingratitudine aliqua sive causa modo aliquo vel ingenio revocare, sub pena dupli et extimationis dicte rei, et ea soluta vel non dicta servare.

ROLANDINO, *Summa*, ed. cit., c. 35^b sgg.:

Antonius dedit, tradidit et donavit pure et libere, simpliciter et irrevocabiliter inter vivos iure proprio in perpetuum Corrado pro se et suis heredibus recipienti domum unam sitam in tali loco, cuius tale dicuntur esse confines etcetera, ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid sibi et suis heredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis que inter predictos continentur confines vel alios si qui forent, cum accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et cum omnibus et singulis que habet supra se vel infra se seu intra se in integrum, omni que iure et actione, usu seu requisitione sibi ex ea re vel pro ea re seu ipsi rei modo aliquo pertinente. Quam rem idem Antonius se nomine ipsius Corradi constituit possidere donec ipsius rei possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps ei licentiam omnimodam dedit. Promittens per se et suos heredes dicto Corrado pro se et suis heredibus stipulanti predictam donationem et omnia et singula suprascripta perpetuo firma et rata habere et tenere et non contrafacere vel venire per se vel per alium aliqua causa vel ingenio, de iure vel de facto, nec ipsam donationem ingratitudine vel causa aliqua revocare, sub pena centum lib. bon. stipulatione premissa et refectione damnorum et expensarum litis et extra et obligatione omnium suorum bo-

norum, et pena soluta vel non predicta omnia et singula suprascripta firma perdurent.

ROLANDINO, *Summa*, ed. cit., c. 52^b (per una obbligazione simile):

D. Cambius filius condam Benis promisit per stipulationem d. Hermiline uxori condam Bonmercati Ugolini se facturum et curaturum pro magistro Antolino eius fratre quod faciet consimilem cartam donationis de alia medietate terreni dicte domus hinc ad unum mensem sub pena decem lib. bon. et ea soluta vel non dicta servare etcetera. Renuntians nove constitutioni.

Insuper promisit dictus venditor ipsi emptori pro se et suis heredibus stipulanti se facturum et curaturum, omni exceptione remota, quod d. Arduinus eius socer et d. Maria eius uxor et filia eiusdem d. Arduini hinc ad .xx. dies dicte venditionis consentient... sub pena .l. lib. bon. stipulatione promissa et refectione damnorum et expensarum litis et extra et obligatione omnium suorum bonorum, et pena soluta etcetera.

BONFANTINI ET D. HERMILINE.

Eodem die et ora et testibus.

Bonfantinus condam Laurentii qui fuit de Sancto Petro in Casale et nunc moratur ad Sanctum Ieorgium et d. Hermilina uxor condam Bonmercati de domo quam habent communem pro indiviso in burgo Laurentii iuxta Iacobinum de Sepo et iuxta d. Bonifatium d. Castellani et iuxta Henrigittum a mane et iuxta viam publicam de super, ad talem concordiam pervenerunt, quod si aliquis eorum voluerit vendere dictam domum, silicet suam partem, quod alteri parti vendere teneatur pro .xii. lib. et .x. sol. bon. et pro minus .v. sol. bon. antequam uni alii, et illa pars emere teneatur dictam domum infra .viii. dies postquam sibi denuntiatum, si ei placuerit, alioquin ab .viii. diebus ultra cuicumque voluerit scit ei licitum vendere suam partem dicte domus. Et dicta d. Hermilina promisit dicto Bonfantino in dicta domo cedenda non retinere aliquam quantitatem sub pena centum sol. bon. Que omnia et singula suprascripta et infra promisit quilibet eorum per stipulationem et pacto per se suosque heredes alter alteri ad invicem stipulanti firmiter tenere et conservare et nullatenus contrahere et ivisse seu fecisse de iure vel de facto, sub pena .c. sol. bon. et ea etcetera, et obligaverunt etcetera. Renuntians quilibet eorum alter alteri beneficio nove constitutionis et fori privilegio; et dicta d. Hermilina renuntiavit Velleiano senatu consulto et omni alii legum et iuris auxilio.

Actum Bononie in burgo Laurentii iuxta nominata domo, presentibus d.

Bonandrea de Sancto Ieorgio, Bonaventura Grande de Sancto Ieorgio suo nepote, Guasparino sartore de burgo Lamarum, Bentravato filio magistri Cambii de burgo Gallerie, Rigo filio Bencevennis de Gena et Michaele filio magistri Antolini testibus omnibus de his vocatis et rogatis.

DONATIO D. HERMILINE PREDICTE.

Die .viii. exeunte mense februarii. Magister Antolinus condam Benis fecit consimilem donationem d. Hermiline sue sorori de medietate terreni pro indiviso unius domus quam habebat cum d. Cambio condam Benis predicto suo fratre et omnia que in dicto instrumento continentur usque in fine etcetera.

Actum in dicta domo, presentibus d. Iacobino de Sepo, magistro Taddeo Pettinario, Martino condam Iuliani qui fuit de Policino, Montanario condam Attoboni de Lamola, d. Cambio fratre predicti donatoris, Bonfantino condam Laurentii de Sancto Ieorgio, testibus rogatis et vocatis.

[Handwritten Latin text, likely a continuation of the legal document, written in a cursive script.]